Dantur etiam apud Syros Pronomina quædam composita, ut ܗܘܝܘ quasi ܗܘ ܗܘ *ipse est*, quod Rabbini exprimunt per הַיְנוּ *illud ipsum est, illud est*: ܗܢܘ ex ܗܢܐ & ܗܘ: ܐܝܢܘ ex ܐܝܢܐ & ܗܘ: ܡܢܘ ex ܡܢ & ܗܘ: ܡܢܘ ex ܡܢ & ܗܘ: ܡܢܘ ex ܗܘ ܡܢ.

Conjuncta Pronomina sunt vel *Præfixa*, vel *Affixa*.

Pronomen *Præfixum* est unicum, sc. ܕ, *qui, quæ, quod*; de quo supra in Pronomine Relativo satis dictum est.

Affixa sunt, quæ fini vocum adhærent, & ex Pronominibus integris originem suam trahunt hoc pacto.

Ex ܐܢܐ *ego* fit ܝ *meus, mea, meum*: ܝ *mei, mea, mea*, pluralis numeri; ܢܝ *me*: ܢܝ *me*.

Ex

contra se ipsam: sic ad Rom. 9. 3. ܡܨܠܐ ܗܘܝܬ ܓܝܪ
ܕܐܢܐ ܒܢܦܫܝ ܚܪܡܐ ܐܗܘܐ ܡܢ ܡܫܝܚܐ ܚܠܦ ܐܚܝ
ܘܐܚܝܢܝ ܕܒܒܣܪ܀ *Optarim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis, qui sunt cognati mei secundum carnem.*

Ex Demonstrativis Pronominibus quædam etiam *Defectiva* sunt, quæ vel genere, vel numero deficiunt. Singularia tantum ܗܢܐ, ܗܘ, ܗܘܝܘ *hic, ille, ille ipse* masculini & ܗܕܐ *hæc, hoc* fœminini generis. Pluralia vero solummodo sunt ܗܠܝܢ *illi, illæ, illa*: ܐܝܠܝܢ sequente ܕ, *illi, illi qui, qui*.

Interrogativum Pronomen personæ utriusque generis, & numeri ܡܢ, & ܡܢܘ, & ܡܢܘ *quis? quæ? qui? quæ?* De re etiam usurpatum, sed rarissime invenies, ut Luc. 8. 30. ܫܐܠܗ ܕܝܢ ܝܫܘܥ ܡܢ ܫܡܟ. *Interrogavit autem eum Jesus; quod tibi nomen est?*

Interrogativum rei ܡܐ & ܡܢܐ *quid?* ܐܝܢܐ & ܐܝܢܘ *ecquis? quisnam?* ܐܝܕܐ *ecqua? quænam?* ܐܝܠܝܢ *quinam, quænam?* numeri pluralis.

Si hæc Pronomina iisdem litteris scribantur, & propriis vocalibus destituta reperiantur, facile erit ea distinguere, punctorum *Diacriticorum* ratione habita, de quibus supra Capite quarto egimus.

Horum Pronominum usus est etiam sæpe citra interroga-

Hæc Pronomina Integra ſæpe reperiuntur uſurpata pro Verbo ſubſtantivo *ſum*, *es*, *eſt* &c tunc autem conjunguntur cum Verbo præcedenti tam in numero ſingulari, quam plurali, ut ܦܳܩܶܕ ܐ̱ܢܳܐ *viſitans ſum*; ܦܳܩܕܺܝܢ ܚ̱ܢܰܢ *viſitantes ſumus*. Quare fit aliquando, ut in numero ſingulari littera prima Pronominis tantum, in plurali autem ܢ præcedentis Verbi, & ܚ ſequentis Pronominis ܚܢܢ abjiciantur, & duæ dictiones in unam coaleſcant, ut ܦܳܩܶܕܢܳܐ *viſito* pro ܦܳܩܶܕ ܐ̱ܢܳܐ, & ܡܫܰܪܶܝܢܰܢ *incipientes ſumus* pro ܡܫܰܪܶܝܢ ܚ̱ܢܰܢ.

Pronomen ܗܘ *ipſe* aliquando ad pleonaſmum, & emphaſim adhibetur, & coaleſcens pronunciatione cum dictione præcedenti mutat Dſekopho in Ptocho, ut Matth. 15. 17. ܠܰܟܪܶܣܳܐ ܗ̱ܘ ܐܳܙܶܠ *in ventrem abit*, pro ܠܰܟܪܶܣܳܐ. ܗܽܘ ܐܳܙܶܠ. Idem etiam ܗܽܘ interdum pro ſubſtantivo, vel pleonaſtice uſurpatum, rejecto ܗ, affigitur voci præcedenti, ut ܡܰܢܽܘ pro ܡܰܢ ܗܽܘ *quis ille?* ܐܰܝܢܽܘ pro ܐܰܝܢܳܐ ܗܽܘ *quis eſt?*

Vox ܩܢܽܘܡܳܐ *ſubſtantia* vicem Pronominis aliquando gerit, & tam ad ſignificandam rem, quam perſonam adhibetur, ut Luc. 11. 17. ܒܰܝܬܳܐ ܕܥܰܠ ܩܢܽܘܡܶܗ *domus*

con-

Pronomen Demonstrativum Integrum Tertiæ personæ Masculinæ.

	Pluralis	*Singularis*
Nomin.	*ipsi* ܗܢܘܢ	*ipse* ܗܘ
Genit.	*ipsorum* ܕܝܠܗܘܢ	*ipsius* ܕܝܠܗ
Dativ.	*ipsis* ܠܗܘܢ	*ipsi* ܠܗ
Accusat.	*ipsos* ܐܢܘܢ vel ܠܗܘܢ	*ipsum* ܠܗ
Ablat.	*ab ipsis* ܡܢܗܘܢ	*ab ipso* ܡܢܗ

Pronomen Demonstrativum Integrum Tertiæ personæ Fœmininæ.

	Pluralis	*Singularis*
Nomin.	*ipsæ* ܗܢܝܢ	*ipsa* ܗܝ
Genit.	*ipsarum* ܕܝܠܗܝܢ	*ipsius* ܕܝܠܗ
Dativ.	*ipsis* ܠܗܝܢ	*ipsi* ܠܗ
Accus.	*ipsas* ܐܢܝܢ vel ܠܗܝܢ	*ipsam* ܠܗ
Ablat.	*ab ipsis* ܡܢܗܝܢ	*ab ipsa* ܡܢܗ

Pronomen Demonstrativum Integrum secundæ personæ Masculinæ.

Pluralis		*Singularis*	
vos ܐܢܬܘܢ		*tu* ܐܢܬ	*Nomin.*
		Semel reperitur in aliquibus exemplaribus ܐܢܬܐ Matth. 22. 16.	
vestrum ܕܝܠܟܘܢ		*tui* ܕܝܠܟ	*Genit.*
vobis ܠܟܘܢ		*tibi* ܠܟ	*Dativ.*
vos ܠܟܘܢ		*te* ܠܟ	*Accus.*
a vobis ܡܢܟܘܢ		*a te* ܡܢܟ	*Ablat.*

Pronomen Demonstrativum Integrum secundæ personæ Fœmininæ.

Pluralis		*Singularis*	
vos ܐܢܬܝܢ		*tu* ܐܢܬܝ	*Nomin.*
vestrum ܕܝܠܟܝܢ		*tui* ܕܝܠܟܝ	*Genit.*
vobis ܠܟܝܢ		*tibi* ܠܟܝ	*Dativ.*
vos ܠܟܝܢ		*te* ܠܟܝ	*Accusat.*
a vobis ܡܢܟܝܢ		*a te* ܡܢܟܝ	*Ablat.*

Pro-

CAPUT IX.

De Pronomine.

SYri ſua Pronomina in duas dividunt claſſes, nimirum in *Separata*, & *Conjuncta*.

Separata ſunt, quæ per ſe dictionem ſeparatam conſtituunt, ſuntque vel *Integra*, vel *Defectiva*. Tripliciter autem dividuntur, in *Demonſtrativa*, *Interrogativa*, & *Relativa*.

Pronomina Demonſtrativa Integra ſunt, quæ genere, & numero diſtinguuntur, ſuntque tria tres indicantia perſonas, ut ܐܢܐ *ego*, ܐܢܬ *tu*, ܗܘ *ipſe*, declinanturque hoc pacto.

Pronomen Demonſtrativum Integrum primæ perſonæ generis communis.

Pluralis	*Singularis*	
nos ܚܢܢ	*ego* ܐܢܐ	N*omin.*
noſtrum ܕܝܠܢ	*mei* ܕܝܠܝ	*Genit.*
nobis ܠܢ	*mihi* ܠܝ	*Dativ.*
nos ܠܢ	*me* ܠܝ	*Accuſat.*
a nobis ܡܢܢ	*a me* ܡܢܝ	*Ablat.*

Pro-

ut ab ܐܒܐ *pater* fit numerus pluralis ܐܒܗ̈ܬܐ *patres*, ab ܐܡܐ *gens* ܐܡܘ̈ܢ *gentes*, a ܝܘܡܐ *dies* ܝܘ̈ܡܝܢ, a ܡܪܝܐ *dominus* ܡܪܘ̈ܢ *domini*, a ܠܠܝܐ *nox* ܠܠܘ̈ܢ *noctes*, ab ܐܡܐ *mater* ܐܡܗ̈ܬܐ *matres*, a ܠܒܐ *cor* ܠܒܘ̈ܢ *corda*.

Animadvertendum, Nomen ܝܘܡܐ *dies* in plurali dupliciter desinere & in ܝܘ̈ܡܐ & in ܝܘ̈ܡܬܐ, sed ܝܘ̈ܡܬܐ usurpari juxta quorumdam Auctorum opinionem de diebus pluribus, ܝܘ̈ܡܐ vero de diebus paucioribus numerum decimum non excedentibus. Ludovicus de Dieu, & Amira arbitrantur, nonnulla Nomina pro duplici sensu numerum duplicem facere.

Multa alia Nomina anomala assiduo usu, & exercitatione, quæ plurimum in rebus omnibus potest, discenda sunt, memoriæque diligenter mandanda.

Quibusdam Nominibus numeri Singularis quoad terminationem super scripta invenies duo puncta, quæ solent esse signa numeri pluralis; ea tamen significatione modo erunt numeri singularis, modo pluralis. Hæc autem puncta plerumque Nominibus collectivis apposita videbis, ut ܥܢ̈ܐ *grex*.

ܡܪ̈ܥܝܢ	*greges*	ܡܪ̈ܥܝܬܐ	ܡܪ̈ܥܝܬ.
ܡܠ̈ܟܘܢ	*regna*	ܡܠ̈ܟܘܬܐ	ܡܠ̈ܟܘܬ.
ܐܘ̈ܕܝܢ	*confessiones*	ܐܘ̈ܕܝܬܐ	ܐܘ̈ܕܝܬ.

Sunt & in hac Declinatione varia Nomina Anomala, quæ fœminini generis in numero ſingulari habent numerum pluralem maſculinum.

Singularis.

Forma abſoluta		*Emphatica*	*Conſtructa*
ܡܠܐ	*verbum*	ܡܠܬܐ	ܡܠܬ
ܫܥܐ	*hora*	ܫܥܬܐ	ܫܥܬ
ܚܘܒܐ	*peccatum*	ܚܘܒܬܐ	ܚܘܒܬ

Pluralis.

ܡ̈ܠܝܢ	*verba*	ܡ̈ܠܐ	ܡ̈ܠܝ
ܫ̈ܥܝܢ	*hora*	ܫ̈ܥܐ & ܫ̈ܥܝܬܐ	ܫ̈ܥܝ
ܚ̈ܘܒܝܢ	*peccata*	ܚ̈ܘܒܐ & ܚܘܒܐ & ܚܘ̈ܒܝܐ	ܚ̈ܘܒܝ

Quædam in ſingulari numero generis maſculini in numero plurali quoad terminationem ſunt generis fœminini ut

jecta terminatione ܝܬ, & aſſumpto ܝܢ, ut a ܡܪܥܝܬ *grex* ܡܪܥܝܢ *greges*, unde ܡܪܥܝܬܗܘܢ *greges ſuos*: Luc. 2. 8. In Nominibus autem finitis in ܘ, abjecto ܘ, & aſſumpto ܘܢ cum ܘ mobili, ut a ܡܠܟܘ *regnum* ܡܠܟܘܢ *regna*; a quibus deinde habebis formam emphaticam, & conſtructam, ut in cæteris Nominibus fœmininis.

Exempla in utroque numero.

Singularis.

Forma abſoluta		*Emphatica*	*Conſtructa*
ܒܘܪܟܐ	*benedictio*	ܒܘܪܟܬܐ	ܒܘܪܟܬ.
ܡܘܗܒܐ	*donum*	ܡܘܗܒܬܐ	ܡܘܗܒܬ.
ܡܪܥܝܬ	*grex*	ܡܪܥܝܬܐ	ܡܪܥܝܬ.
ܡܠܟܘ	*regnum*	ܡܠܟܘܬܐ	ܡܠܟܘܬ.
ܬܘܕܝ	*confeſſio*	ܬܘܕܝܬܐ	ܬܘܕܝܬ.

Pluralis.

ܒܘܪܟܢ	*benedictiones*	ܒܘܪܟܬܐ	ܒܘܪܟܬ.
ܡܘܗܒܢ	*dona*	ܡܘܗܒܬܐ	ܡܘܗܒܬ.

gre-

a ܬܘܕܝ *confessio* fit ܬܘܕܝܬ. In desinentibus autem in ܝܬ & ܘܬ forma constructa eadem est, ac absoluta, ut ܡܪܥܝܬ *grex*, ܡܠܟܘܬ *regnum*, ܬܕܟܝܬ *purgatio*, ܒܬܘܠܘܬ *virginitas*.

Motio de singulari absoluto in pluralem absolutum fit mutata terminatione ܐ in ܢ cum duobus punctis superne positis, quæ sunt signa numeri pluralis, ut a ܚܟܡܬܐ *sapientia* ܚ̈ܟܡܢ *sapientiæ*; ܒܘܪܟܬܐ *benedictio*, ܒܘܪ̈ܟܢ *benedictiones*. Emphatica vero forma desinit in ܬܐ, & fit a plurali absoluto, mutato ܢ in ܬܐ, ut a ܚ̈ܟܡܢ habes formam emphaticam ܚ̈ܟܡܬܐ a ܡܪ̈ܥܝܢ *greges* habes ܡܪ̈ܥܝܬܐ: ablato autem ܐ a forma emphatica remanet forma constructa, quæ desinit in ܬ, ut ܚ̈ܟܡܬ *sapientiæ* a ܚ̈ܟܡܬܐ, & ܡܠܟܘ̈ܬ *regna* a ܡܠܟܘ̈ܬܐ, sicuti a ܒܬܘ̈ܠܬܐ *virgines* fit in forma constructa ܒܬܘ̈ܠܬ.

In desinentibus in ܝܬ numerus pluralis formatur abjecta

ܒܬܘܠܘܬܐ, a ܬܘܕܝ *confessio* fit ܬܘܕܝܬܐ, a ܩܪܝ *trabs* fit ܩܪܝܬܐ.

Fœminina a masculinis descendentia emphatica fiunt ablata syllaba ܐ formæ emphaticæ masculinæ, & in ejus locum suffecta terminatione ܬܐ, retentis tamen fere vocalibus formæ absolutæ, ut a ܥܒܕܐ *servus* fit ܥܒܕܬܐ *serva*, a ܡܠܟܐ *Rex* ܡܠܟܬܐ *Regina*, a ܓܒܪܐ *vir* ܓܒܪܬܐ *virago*; quod idem fieri solet etiam in adjectivis, ut a ܒܝܫܐ *malus* ܒܝܫܬܐ *mala*.

Quæ terminantur in ܐ in masculino formant fœmininum emphaticum mutato ܐ in ܝ, & ܰ in ܺ adjecta syllaba ܬܐ, ut a ܛܠܝܐ *puer* ܛܠܝܬܐ *puella*, a ܫܛܝܐ *stultus* ܫܛܝܬܐ *stulta*.

Animadvertendum, absolutam formam raro apud Syros usurpari.

Forma constructa formatur a forma absoluta mutato ܐ in ܬ, ut a ܒܬܘܠܬܐ *virgo* fit ܒܬܘܠܬ, a ܒܘܪܟܬܐ *benedictio* fit ܒܘܪܟܬ, a ܚܟܡܬܐ *sapientia* fit ܚܟܡܬ. Desinentia tamen in ܘ, vel ܝ in forma constructa assumunt tantum ܬ, ut a ܡܠܟܘ *regnum* fit ܡܠܟܘܬ, a

ܓܒܪܘܢܐ *virunculus*, *parvus vir* fit a ܓܒܪܐ *vir*. Denique quædam dupliciter fiunt diminutiva per interpositionem ܘܢܘܣ ut ܓܒܪܘܢܘܣܐ *virunculus parvus*.

Nomina vero Denominativa triplici ratione a substantivis derivantur, vel per epenthesin litteræ ܢ, ut a ܦܓܪܐ *corpus* fit ܦܓܪܢܝܐ *corporeus*, a ܪܗܘܡܝ *Roma* ܪܗܘܡܝܐ *Romanus*, vel per epenthesin litteræ ܝ, ut a ܪܘܚܐ *spiritus* formatur ܪܘܚܝܐ *spiritualis*, vel denique per epenthesin utriusque litteræ ܝ & ܢ, ut ܪܘܚܢܝܐ *spiritualis* a ܪܘܚܐ.

CAPUT VIII.

De secunda Declinatione.

Secunda Declinatio est Nominum fœmininorum, quæ tam in singulari, quam in plurali numero juxta variam terminationem formæ absolutæ varie emphatica fiunt.

Desinentia in ܐ habent formam emphaticam mutato ܐ in ܬܐ præcedente Scheva, ut a ܒܘܪܟܐ *benedictio* fit ܒܘܪܟܬܐ, a ܕܘܥܐ *sudor* fit ܕܘܥܬܐ; in ܘ autem, vel ܝ finitis, ut fiant emphatica, additur syllaba ܬܐ, ut a ܡܠܟܘ *regnum* fit ܡܠܟܘܬܐ, a ܒܬܘܠܘ *virginitas*

a

caussa dictis, ut ab ܝܕܥ *cognovit*, *intellexit*, derivatur ܡܕܥܐ *scientia* per additionem litteræ ܐ: alia vocalibus mutatis, ut a ܡܠܟ *regnavit*, descendit ܡܠܟ *Rex*: alia additis una, vel pluribus litteris desumptis ex ܐܡܘܬܢܝܢ, ut a ܕܟܪ *meminit*, originem trahit ܕܘܟܪܢܐ *memoria*: alia ablata una littera a Primitivis, ut a ܪܒܒ *magnum esse* deducitur ܪܒ *magnus*.

Nonnulla Nomina sæpe formantur a Verbis, vel Nominibus ab initio ipsis adjecta littera ܫ, ut a ܥܒܕ *facere* deducitur ܫܥܒܕ *subjicere*; ab Hebraico להב derivatur ܫܠܗܒܝܬܐ *flamma*, & ܫܠܗܒ.

Dantur etiam Nomina denominativa, & diminutiva ab aliis Nominibus deducta.

Diminutiva masculina, & fœminina non eodem modo a Nominibus originem trahunt. Fœminina enim formantur per epenthesin, sive interpositionem litterarum ܘܢܝܬ, ut ܒܪܬܘܢܝܬܐ *filiola* fit a ܒܪܬܐ *filia*. Diminutiva vero masculina vel per epenthesin litterarum ܘܣ, vel ܘܢ fiunt, ut ܟܠܒܘܣܐ *catellus* derivatur a ܟܠܒܐ *canis*, & ܒܪܘܢܐ *filiolus* a ܒܪܐ *filius*. In quibusdam formandis utraque etiam forma adhibetur, ut ܒܪܘܣܐ; & virun-

Reperiuntur præterea non pauca Nomina composita, ut ܐܟܠܩܪܨܐ *calumniator* ab ܐܟܠ & ܩܪܨܐ quasi *edens criminationem*, in quibus, dum moventur de numero singulari in pluralem, aliquando utraque pars mutatur, ut ܐܟ̈ܠܝ ܩܪ̈ܨܐ *calumniatores*; aliquando posterior solummodo, ut ܒܢ̈ܝ ܐܓܪܐ *lunatici* a ܒܪ ܐܓܪܐ *lunaticus*.

Cæterum nota pluralis numeri est geminum punctum superne Nominibus impositum, & propterea ܪ, ut jam dictum est, punctum sibi proprium amittit.

In hac Declinatione etiam Anomala quædam sunt; in Singulari nimirum masculina, in plurali vero fœminina, ut ܐܒܐ *pater*, ܐܒ̈ܗܬܐ *patres*: ܡܪܝ & ܡܪܝܐ *dominus*, ܡܪ̈ܘܬ *domini*: & ܡܪ̈ܘܬܝ, & constructe ܡܪ̈ܘܬ, & emphatice ܡܪ̈ܘܬܐ: ܐܣܝܐ *medicus*, ܐܣ̈ܘܬ & ܐܣ̈ܘܬܐ *medici*: ܪܥܝܐ *pastor*, ܪ̈ܥܘܬܐ *pastores*, ܐܡܐ *mater* ܐܡ̈ܗܬ *matres*, ܠܠܝܐ *nox*, ܠܠܝ̈ܘܬ *noctes*, ܝܘܡܐ *dies* ܝܘ̈ܡܬ, & alia.

Cum autem Nomina vel *Primitiva* sint, hoc est, radix ipsa, ut ܟܪܣܐ *venter*, vel *Derivativa*, h. e. ab aliis derivata, non erit ab re modum assignare, quo *Derivativa* a suis *Primitivis* deriventur.

Itaque alia a Verbis descendunt littera aliqua radicali detracta, additaque una ex litteris ܐܡܘܬܝܢ memoriæ caus-

ut ܒܢ̈ܝܐ *filii*, ܫܡܝ̈ܐ *cœli*, ܫܥ̈ܐ *hora*, ܩܪ̈ܝܐ *vocati*, ܐܝ̈ܕܝܐ *manus*, ܙܘ̈ܙܐ *pecuniæ* &c.

Quæ in singulari numero terminantur in ܐ, aut ܝ, pluralem absolutum habent in ܝܢ, emphaticum in ܝܐ, & constructum in ܝ præcedente Scheva, ut a ܡܥܡܘܪܝ *habitatio* fit pluralis numerus absolutus ܡܥܡܘܪ̈ܝܢ *habitationes*, emphaticus ܡܥܡܘܪ̈ܝܐ, constructus ܡܥܡܘܪ̈ܝ.

Sic dantur Plurales emphatici in ܝܐ, præsertim a singularibus desinentibus in ܝ, ut ܐܪ̈ܡܝܐ *Aramæi*, ܝܗܘ̈ܕܝܐ *Judæi*, ܝܘ̈ܢܝܐ *Græci*, ܒܪ̈ܒܪܝܐ *Barbari* &c. quemadmodum ab alia forma singulari ܛܠܝ̈ܐ *pueri* &c.

Dantur quædam Nomina anomala, ut ܪܝܚܐ *odor*, quod per anomaliam habet in plurali ܪ̈ܝܚܢܐ *odores*, ܒܝܬܐ *domus* ܒ̈ܬܐ, ܫܡܐ *nomen* ܫ̈ܡܗܐ *nomina*, ܥܡܐ *populus* ܥ̈ܡܡܐ *populi*, ܡܪܐ *dominus* ܡܪ̈ܘܬܐ, & ܡܪ̈ܘܬ, & ܡܪ̈ܘܬܐ *domini*, &c.

Nonnulla habent solummodo numerum pluralem, ut ܕܡ̈ܝܐ *pretium*.

Re-

Numerus Singularis.

Absolutus		*Emphaticus*
ܓܒܪ	*vir*	ܓܒܪܐ
ܦܓܪ	*corpus*	ܦܓܪܐ
ܥܠܡ	*ſaeculum*	ܥܠܡܐ
ܩܕܝܫ	*ſanctus*	ܩܕܝܫܐ

Pluralis.

Abſolutus	*Emphaticus*	*Conſtructus*	
ܓܒܪܝܢ	ܓܒܪ̈ܐ	ܓܒܪܝ	*viri*:
ܦܓܪܝܢ	ܦܓܪ̈ܐ	ܦܓܪܝ	*corpora*:
ܥܠܡܝܢ	ܥܠܡ̈ܐ	ܥܠܡܝ	*ſaecula*;
ܩܕܝܫܝܢ	ܩܕܝܫ̈ܐ	ܩܕܝܫܝ	*ſancti*:

Reperitur etiam hoc Nomen in numero plurali ſine priori Judh, ut

ܩܕܫܝܢ	ܩܕܫ̈ܐ	ܩܕܫܝ	*ſancti*;

Datur etiam numerus emphaticus pluralis in ܐ plerumque in Nominibus deſcendentibus a Verbis imperfectis; ut

in numero singulari literam ܐ, & vocalem Dſekopho, ut ܓܒܪܐ *vir*. Hinc ab abſoluto ܚܠܡ *ſomnium* fit emphaticum ܚܠܡܐ, a ܟܒܠ *vinculum*, *compes* fit emphaticum ܟܒܠܐ &c.

Ad conſtituendam autem hanc formam emphaticam modo mutantur vocales, ut a ܓܒܪ *vir* fit ܓܒܪܐ; modo non mutantur, ut a ܙܕܝܩ *juſtus* fit ܙܕܝܩܐ: cujus mutationis nulla certa regula poteſt aſſignari: uſu, & exercitatione mutationis vocalium cognitio in quolibet Nomine facile comparabitur. Sciendum tantummodo eſt, vocales Ptocho, & Revozo plerumque mutari in Scheva.

Si duo Schevaim ab initio propter vocalium mutationem concurrere debeant, prius mutatur in Ptocho, ut a ܓܒܪ in forma abſoluta fit ܓܒܪܐ in forma emphatica.

Conſtructum in ſingulari maſculino non habent Syri.

Forma emphatica pro abſoluta, & ſimplici in utroque numero uſitatiſſima eſt.

Flexio ſingularis maſculini in numerum pluralem abſolutum eſt in ܝܢ, emphaticum in ܐ, & conſtructum in ܝ, ut

ܛܒܬܐ *bona*, a ܫܦܝܪ *pulcher* ܫܦܝܪܐ *pulcra*: Quædam ܬ adſciſcunt, ut a ܙܥܘܪ *parvus* fit ܙܥܘܪܬܐ *parva*.

Hæc forma fœminina abſoluta ſimilis eſt formæ emphaticæ maſculinæ.

A maſculinis autem emphaticis formantur fœminina, poſita littera ܬ ante ܐ, ut a ܡܠܟܐ *Rex* fit ܡܠܟܬܐ *Regina*.

Excipiuntur Nomina deſinentia in ܝ, quæ aſſumunt tantum ܐ cum Dſekopho, ut a ܝܗܘܕܝ *Judæus* fit ܝܗܘܕܝܐ *Judæa*; invenitur tamen aliquando etiam ܝܗܘܕܝܬܐ.

CAPUT VII.

De Nominum Declinationibus.

DUæ ſunt Nominum Declinationes, altera maſculinorum, ut ܬܟܬܘܫܐ *certamen*, altera fœmininorum, ut ܢܘܫܩܬܐ *oſculum*.

De prima Declinatione.

Prima igitur Declinatio eſt maſculinorum, in qua non ſolum forma abſoluta conſideranda eſt, ut ܓܒܪ *vir*, ſed etiam forma emphatica, quæ addit formæ abſolutæ in

minini: ܬܪܥܣܪ, vel ܬܪܬܥܣܪܐ *duodecim* maſculini generis, ܬܪܬܥܣܪܐ *duodecim* generis fœminini: ܬܠܬܬܥܣܪ *tredecim* maſculini generis, ܬܠܬܥܣܪܐ *tredecim* generis fœminini: ܐܪܒܥܬܥܣܪ, vel ܐܪܒܥܬܥܣܪܐ *quatuordecim* maſculini generis, ܐܪܒܥܣܪܐ *quatuordecim* generis fœminini: ܚܡܫܬܥܣܪ, vel ܚܡܫܥܣܪܐ *qnindecim* maſculini generis, ܚܡܫܥܣܪܐ *quindecim* generis fœminini: ܫܬܬܥܣܪ *ſexdecim* maſculini generis, ܫܬܥܣܪܐ *ſexdecim* generis fœminini: ܫܒܥܬܥܣܪ *ſeptemdecim* maſculini generis, ܫܒܥܣܪܐ *ſeptemdecim* generis fœminini: ܬܡܢܬܥܣܪ vel ܬܡܢܥܣܪܐ *octodecim* maſculini generis, ܬܡܢܥܣܪܐ *octodecim* generis fœminini: ܬܫܥܬܥܣܪ *novemdecim* maſculini generis, ܬܫܥܣܪܐ *novemdecim* generis fœminini.

Genus fœmininum a maſculino abſoluto formatur addita litera ܐ cum vocali Dſekopho, ut a ܛܒ *bonus* fit *bona*,

Terminatione.

Fœminina sunt, quæ desinunt in ܬܳܐ servile, ut ܛܰܝܒܽܘܬܳܐ *gratia*, quod ܬܳܐ aliquando tollitur per Apocopem, ut ܛܰܝܒܽܘ; ܡܰܠܟܽܘ *Regnum* pro ܡܰܠܟܽܘܬܳܐ; ܗܰܝܡܳܢܽܘ *fides* pro ܗܰܝܡܳܢܽܘܬܳܐ. Ex ܒܰܝܬܳܐ per Apocopem fit ܒܰܝܬ *domus*. Talmudici autem sæpe usurpant בֵּי pro בַּיִת.

Cæterum quæ apud Hebræos sunt masculina, aut fœminina, ea apud Syros fere solent esse ejusdem generis.

Omnia Nomina ut plurimum in Syriaca Lingua terminantur in ܐ, ut ܚܪܺܝܦܳܐ *astutus*; ܒܽܘܪܟܳܐ *genu*; ܐܰܓܽܘܢܳܐ *certamen*: hæc terminatio tamen in quibusdam Nominibus omittitur, ut ܟܪܶܗ *languor*, pro ܟܪܗܳܐ.

Nomina numerum Cardinalem significantia apud Syros plerumque desinunt in ܝܢ, ut ܬܪܶܝܢ *duo*, ܬܰܪܬܶܝܢ *dua*, ܬܠܳܬܶܝܢ *tres* &c. Pro ܐܰܪܒܥܳܐ *quatuor*, interdum usurpant ܐܰܪܒܐ gutturali littera elisa; quæ elisio est in usu etiam apud Talmudicos, qui adhibent שְׁבַ pro שְׁבַע *septem*.

Nominum pariter numerum indicantium ultra decem irregularis contractio est, ut ܚܰܕܥܣܰܪ, vel ܚܰܕܥܣܰܪ *undecim* masculini generis, ܚܕܥܣܪܐ *undecim* generis fœmi-

nullos tamen comma ita exprimitur (.·) colon autem, & punctum modo per (.) modo per (·.) exaratur.

CAPUT VI.

De Nomine.

NOmina apud Syros alia ſunt maſculina, alia fœminina, nonnulla communis generis, ut ܫܶܡܫܳܐ *Sol*. Neutrum autem genus non agnoſcunt Syri, ſed illud juxta Hebræos ut plurimum per fœmininum exprimunt.

Numerus duplex eſt, ſingularis, & pluralis. Dualis enim rariſſime reperitur, cum ea Nomina, quæ Hebraice numerum dualem habent, a Syris numero plurali efferantur.

Caſus non dignoſcuntur ex varia terminatione, neque ex articulis, aut notis certis, ſed ex Syntaxi; plerumque tamen littera ܕ præpoſita Nomini denotat Genitivum, ܠ Dativum, & Accuſativum, ܡܢ Ablativum. Carent Syri articulo Chaldaico יַת, ac propterea ſæpe pro eo adhibent litteram ܠ.

Itaque genera cognoſces vel ex ſignificatione, vel ex terminatione.

Significatione

Generis maſculini ſunt Nomina propria virorum, fluviorum, montium, populorum, menſium, & officiorum virilium.

Generis vero fœminini ſunt Nomina propria mulierum, & officiorum muliebrium, urbium, regionum, & membrorum corporis.

Ter-

CAPUT V.

De Accentibus, & modo ſententias diſtinguendi.

USu potius, quam ullis expreſſis notis accentus apud Syros cognoſcuntur, qui in duplici ſunt differentia, alii *tonici* appellati, quia ſyllabam afficiunt, alii *diſtinctivi*, quia variis modis ſententias diſtinguunt: hi autem aliquando per puncta exprimuntur.

In diſyllabis, ſi prima ſyllaba exeat in conſonam, & ſub ea Scheva quieſcens intelligatur, eadem acuitur, ut ܥܒܕܐ *hàudo*, ſervus. Si id accidat in ſecunda ſyllaba, in illa eſt accentus, ut ܦܩܕ *peKàd* viſitavit. Fac, utramque ſyllabam per Scheva quieſcens efferri, utraque accentu erit afficienda, ut ܦܩܕܬ *pèKdèt*, viſitavi. Si utraque Scheva quieſcente careat, penultima cum accentu erit pronuncianda, ut ܒܝܫܐ *bìſcho* malus.

In triſyllabis, quadriſyllabis, & longioribus plerumque penultima ſyllaba accentu affici ſolet.

Sed nihil in pronunciando peccabis, ſi regulas Hebræorum diligenter obſervaveris.

Accentus autem, qui ſententias diſtinguunt, ſunt puncta; ut ſemicolon notatur duobus punctis ſiniſtram verſus inflexis (.˙). Colon contrario modo (˙.) Interrogatio punctis tribus juxta figuram Kibbutz (˙·.). Parentheſis duobus punctis, altero a principio, altero a fine hoc pacto (.ܘ.).

Clauditur Periodus punctis quatuor (.:.) vel (::) nullaque commatum ratio apud Syros habetur. Apud nonnul-

visitabit: Infinitivum etiam, & Imperativum significat, ut ܗܒ *da*, ܡܦܩܕܘ *præcipere*.

Præterea unicum punctum supra, vel infra scriptum voces quasdam vocalibus destitutas distinguit: & quidem superius punctum denotat *a*, vel *o*; inferius *i*, vel *e*: utrumque vero *u*, si cum littera *Vau* sit; ut ܗܘܝ *hoi* illa; ܗܝ *hi* ipsa; ܡܢ *man* quis? ܡܢ *men* a, ex; ܗܘ *hau* ille; ܗܘ *hu* ipse, &c.

Geminum autem supra vocem significat

1. Pluralem numerum utriusque generis in Nominibus, ut ܥܒܕܐ *servi*, ܒܬܘܠܬܐ *virgines*.

2. Pluralem numerum in Verbis fœminini generis tantum, ut ܦܩܕܬܝܢ *visitavistis*. ܦܩܕܢ *visitantes* fœminini generis.

Quando autem tale punctum geminum addendum est litteræ ܪ, tunc unicum tantum punctum superscribitur, ut ܩܒܪܐ *sepulcra*. Alterum enim punctum est proprium ܪ, alterum denotat numerum pluralem.

Hæc tamen punctorum *Diacriticorum* appositio in omnibus libris impressis non admodum accurate observatur.

De radicum investigatione agere superfluum est, cum apud Syros eadem sit ratio investigandi radices, ac in lingua Hebræa, & Chaldæa.

CA-

CAPUT IV.

De punctis Diacriticis.

Syris in usu est vel unum, vel geminum punctum litteris adjicere; quæ puncta vocantur *Diacritica*, quia voces a se invicem distinguunt, earumque proprietates indicant.

Unicum punctum multa, ne dicam innumera, significat, quorum ratio vix Syris ipsis nunc temporis est explorata. In Verbis punctum supra vocem positum indicat personam primam singularem Præteriti, & primam singularem, & pluralem Futuri, ut ܦܩܕܬ *visitavi*, ܙܪܥܬ *seminavi*, ܐܒܢܐ *ædificabo*, ܢܒܢܐ *ædificabimus*. Præterea designat Participium Benoni in prima, secunda, & tertia Conjugatione, ut ܦܩܕ *visitans*: in Benoni autem Conjugationis *Aphel* Quiescentium media *Vau* hoc punctum infra scribitur, ut ܡܩܝܡ. Supra ܗ positum denotat Pronomen fœmininum, ut ܡܠܟܗ, *Rex ejus* fœminini generis.

Infra vocem scriptum indicat omnes personas Præteriti, excepta prima singulari, ut ܦܩܕ *visitavit*. In tertia tamen singulari fœminina imponitur ultimæ litteræ servili ܬ ad latus, ut ܦܩܕܬ. Denotat pariter omnes personas Futuri, exceptis primis utriusque numeri, ut ܢܦܩܘܕ

visi-

appoſuit, tum quia Grammaticæ præcepta callentibus facile erat eas litteris addere, tum quia pœne ad ſuperſtitionem religioſus ipſa exemplaria manu ſcripta, ut major iis fides, ac reverentia haberetur, voluit exhibere. Cum autem verſuum Pſalmorum numerus idem apud nos, qui Vulgata Latina utimur, & apud Syros non ſit, noſtrorum verſuum numerum in margine Erpenius notavit, Syrorum vero, qui plures noſtris verſus numerant, & pleroſque noſtros in duos dividunt, ipſi Syriaco Pſalmorum contextui adjunxit. Porro cum ei in animo eſſet calci Operis notas quaſdam adjicere, prærmatura morte correptus, quod maxime avebat, præſtare non potuit, nec varietatem Verſionis Syriacæ a Textu Hebraico aſſignare, nec multas obſcuriores, ac difficiliores dictiones Syriacas explicare.

Ad Linguarum Orientalium ſtudium incubuit Thomas Erpenius Batavus Gorcomii urbe opulenta, ac probe munita in Belgio natus III. Idus Septembris A. D. 1584, *hortante Joſepho Scaligero, perſpicaci acumine ſuo prævidente quantus Vir in Linguis Orientalibus futurus eſſet. Primis litterarum tyrociniis Lugduni Batavorum poſitis, peregrinationem inſtituit in Galliam, Germaniam, & Italiam, ubique eximii ingenii ſui admiratores inveniens. Venetiis doctorum virorum tum Judæorum, tum Turcarum familiaritate, & neceſſitudine uſus Linguarum Turcicæ, Arabicæ, Perſicæ, & Æthiopicæ cognitionem eſt aſſecutus, eaſque in patriam reverſus cum cæteris Orientalibus Linguis juſſu Curatorum Academiæ Lugduni Batavorum publice docere anno* 1613. *incæpit, Typographia Linguarum Erpeniana a ſe inſtituta, ex qua multa exierunt ejus cura, & induſtria edita, quæ maximi ab omnibus Linguarum Orientalium ſtudioſis merito fiunt. Leidæ mortuus eſt A. D.* 1624, *ætatis* 40. *Utinam diutius vixiſſet, majoremque nobis veræ eruditionis, ac Linguarum Orientalium ſupellectilem aſſiduo, ac pertinaci ſtudio ſuo reliquiſſet.*

MappiK Syri tantummodo adhibent ſupra litteram ܗ in fine dictionis, quod Pronomen fœmininum tertiæ perſonæ indicare ſolet.

CA-

cæ pronunciationem legendo eas litteras, quibus subjicitur, vel subintelligitur hæc virgula, cum natura sua sint mobiles, præsertim cum in Lingua Syriaca tres tantum litteræ ܐܘܝ otientur, ut jam supra innuimus.

Aliud etiam munus præstat hæc lineola. Nam tum numerum denotat in quibusdam libris, ut ܝܒ̄ 12. &c. tum abbreviaturas significat, ut ܩܕ̄ pro ܩܰܕܺܝܫܳܐ *sanctus*. Lege Psalmos ab Erpenio editos, idque ab eo in illorum initiis passim usurpatum animadvertes.

Non alienum ab re existimo hoc in loco nonnulla de editione Psalmorum a Thoma Erpenio ex antiquissimis codicibus manu scriptis Syriacis primum facta adjicere, ut Vir doctissimus, & de Republica litteraria optime meritus ob præclaram eruditionem, & ad miraculum, pœne dixerim, perfectam, & absolutam Linguarum Orientalium cognitionem debita laude non fraudetur. Itaque Vir hic Psalmos Davidis *Regis, & Prophetæ Lingua Syriaca, characteribusque Syriacis ex antiquissimis codicibus manu scriptis in lucem edidit, eisque Versionem Latinam a se factam addidit, quæ editio Lugduni Batavorum ex Typographia Erpeniana Linguarum Orientalium Anno Domini* 1625. *quanti fiat, quantique ematur, vix ausim dicere, cum eæ Bibliothecæ, quibus datum est eam possidere, jure felices, ac beatas ob exemplarium paucitatem se prædicare possint. Tanta vero est elegantia, & characterum nitor, tanta diligentia, & sedulitas in editione adhibita, ut ab humano ingenio majorem postulare non liceat. Codicem alterum antiquissimum Psalmorum manu scriptum ex Oriente attulit Clarissimus Vir Joannes Borelius, alterum pariter ex Oriente nactus est ipse Erpenius, quibus in edendis Psalmis Syriacis usus est. Cæterum ut consuleret Erpenius Linguæ Syriacæ Tyronibus, in versione sua verbum Syriacum verbo Latino plerumque reddidit, Vocales Textui non*

ap-

ribus *Daghes forte* expressisse aperte colligitur ex multis Novi Testamenti Nominibus in Græcam Linguam translatis. Ubi enim apud Syros litteræ per *Daghes forte* legebantur, in Versione Græca sunt geminatæ: v. gr. Matth. 23. 7. 8. & Cap. 26. 25. 49. vox Syriaca ܪܒܝ redditur Græcis litteris Ῥαββὶ per duplex β. Item Marci 14. 36. ad Rom. 8. 15. ad Galat. 4. 6. vox Syriaca ܐܒܐ transfertur per Ἀββὰ, vel Ἀββᾶ, ut videre est etiam in aliis Nominibus passim occurrentibus; quæ firmissimo, & apertissimo sunt argumento, olim in Lingua Syriaca *Daghes forte* vim geminandi pronunciatione litteram habuisse.

Punctum aliud quoque reperitur apud Syros vocatum a Grammaticis *lineola occultans*, quod instar Pathach Hebraici subscribitur litteris quibusdam, & significat, eam litteram, cui subjicitur, non esse pronunciandam, ut ܐܡܪܐ ܐܢܐ *omarno*: illud *Olaph* propter lineolam subscriptam in legendo quiescit. Hæc autem lineola plerumque subscribitur, vel subintelligitur post Participium Benoni in numero singulari, sequente Pronomine primæ personæ, ܐܢܐ *ego*, ut ܣܥܪ ܐܢܐ *visitans ego*. Itaque tunc Makaph Hebræorum respondet, quippe quæ duas dictiones simul connectit, fitque quodammodo syllabæ contractio propter gutturalis ܐ elisionem commodioris pronunciationis caussa. Sic legitur ܒܪ ܐܢܫܐ *Barnoscho*, ܒܢܝ ܐܢܫܐ *Benainoscho*. Quæ eædem dictiones sæpe in unam tantummodo vocem contrahuntur, ut ܒܪܢܫܐ, ܒܢܝܢܫܐ.

Hodie hæc lineola vix est in usu. Lector igitur non peccabit contra germanam, & antiquam Linguæ Syriacæ

cæ

apponiturque sex litteris ܒܓܕܟܦܬ dictis *Begadchephath* infra, vel supra tali modo ܒ݂, vel ܒ݁. Supra scriptum respondet *Daghes leni* Hebræorum, infra vero *Raphe*, habetque eam vim, ut eæ litteræ, quibus affigitur, cum aspiratione pronuncientur. Cum autem etiam hoc punctum litteris raro apponatur, ubi intelligendum sit, fere ex fundamentis Linguarum Hebraicæ, & Chaldaicæ patebit.

Animadvertunt Auctores nonnulli, litteram ܦ puncto isto destitutam semper inveniri, ac propterea volunt, eam quolibet in loco positam cum aspiratione proferendam esse instar litteræ φ Græcorum. Inter eos præcipue Joannes Drusius in suo *Alphabeto Hebraico veteri* plurium testimonio probare conatur, antiquis temporibus id etiam in lingua Hebræa omnium Linguarum Orientalium matre, ac principe obtinuisse.

Calligraphi, ut facile a cæteris punctis dignoscantur *Kuschoi*, & *Ruchoch*, diverso colore ea pingere solent.

Utriusque hujus puncti appositio admodum rara est. Propterea ex Lingua Hebraica patebit, quando littera cum aspiratione, vel sine aspiratione sit efferenda.

Nonnullorum quidem Grammaticorum, ut Buxtorphii, Vvaseri, & Masii sententia est, *Daghes* ܩܫܝܐ, h. est, *forte*, habere vim geminandi pronunciatione litteram; aliorum vero, ut Ludovici de Dieu, & Hottingeri, nihil aliud significare, quam *Daghes lene* Hebræorum. Ego cum Leusden diversam hanc tantorum virorum sententiam ita facile posse conciliari existimo; nimirum eos, qui legendum putant *Daghes forte*, pronunciationem antiquorum Syrorum sequi; eos vero, qui censent, *Daghes forte* respuendum, recentiorum Syrorum pronunciationem imitari.

Antiquos autem Syros Christi, & Apostolorum temporibus

Cum duplex Scheva ab initio dictionis consistere nequeat, fit, ut, si analogia vocis utrumque postulet, prius mutetur in *Ptocho*, ut ܡܟܣܘܣ pro ܡܟܣܘܣ.

Nullum Pathach furtivum agnoscunt Syri in fine vocis sub litteris gutturalibus. Quod si inveneris nomen Salvatoris litteris Hebraicis per יֵשׁוּעַ expressum, scias, id fieri ex forma, & appellatione Hebraica.

Ne nomen quidem Diphthongorum in linguis Orientalibus olim auditum est; hodie tamen usus obtinuit, ut etiam Diphthongi tradantur, quæ apud Syros sex recensentur, scilicet ܘ, vel ܐܘ, *au*, ܝܘ *eu*, ܝܘ *iu*, ܝ *ai*, ܝ *oi*, ܘܘ *ou*. Multi tamen volunt *Vau* quiescere, neque ullam Diphthongum constituere, ut ܦܘܠܘܣ *Paulòs*: Diphthongorum ܐܝ, & ܐܘ usus est maximus, ut ܐܝܟ *quomodo*, ܐܘܠܕ *genuit*, ܝܘܡܬܐ *dies*, ܗܘܝܬܘܢ *fuistis*;

CAPUT III.

De Kuschoi, sive Daghes: de Ruchoch, sive Raphe, & linea occultante.

EST & suum quoque Syris *Daghes*, quod duplex est: alterum *forte*, quod vocant ܩܘܫܝ *durum*, *difficile*, cujus figura est punctum, pingiturque supra litteras hoc pacto ܒ݁, & eas pronunciatione geminat, ut *Daghes forte* apud Hebræos; sed hodie in scriptione ejus usus plane exolevit: alterum vero *lene*, dictum ܪܘܟܟ *lenitas*, ap-

Recentior vero est hujusmodi.

ܦܵ		*a*	Ptocho.
ܦܸ vel	ܦܹ	*e*	Revozo.
ܦܼ		*i*	Chevozo.
ܦܿ		*o*	Dsekopho.
ܦܘܿ vel	ܦܘܼ	*u*	Ezozo.

Alio etiam nomine hæ vocales appellantur: nimirum Ptocho dicitur apud nonnullos Auctores *Abram*, Revozo *Esaias*, Chevozo *Isaac*, Dsekopho *Odon*, Ezozo *Urias*. Id autem factum in gratiam Tyronum Linguæ Syriacæ, ut hæ vocales facilius eorum memoriæ insigerentur. Nam quemadmodum unumquodque Nomen proprium incipit, ita etiam talem vocalem denotat.

Divisio vocalium in longas, & breves apud Syros vel nulla, vel non admodum accurata.

Neque vero omnes litteræ, vel syllabæ semper habent necessarias vocales sibi adscriptas, sed quandoque in iis desiderantur; quas tamen ex analogia vocis, & Linguæ Chaldaicæ usu facile suppleas.

Scheva simplex sive mobile, sive quiescens semper apud Syros quoad figuram deest; subintelligitur tamen quoties vocali vox est destituta: composito autem Syri omnino carent.

Hinc cum apud Chaldæos in principio vocum est Scheva compositum, tunc in Lingua Syriaca reperitur *Ptocho*, vel *Revozo*, ut pro אֱלָהָא *Deus* scribunt Syri ܐܰܠܳܗܳܐ, & pro אֱמַר *dixit* ܐܶܡܰܪ.

CAPUT II.

De Punctis, seu Vocalibus.

QUinque apud Syros numerantur vocales sono cum Hebraicis vocalibus convenientes. Harum figura duplex est, antiquior altera, altera recentior ad scribendi commoditatem, & celeritatem excogitata, & inventa. Certus autem, ac determinatus utrique figuræ in hodiernis libris locus non est, sed invicem commiscentur, adeo ut huic syllabæ una, alteri alia figura apponatur.

Antiquior vocalium figura a Græcis mutuata, paululum immutatis, vel inflexis eorum vocalibus, erat hæc.

ܒܰ	*a*	Ptocho.
ܒܶ	*e*	Revozo.
ܒܺ	*i*	Chevozo.
ܒܳ	*o*	Dsekopho.
ܒܽ	*u*	Ezozo.

Prima vocalis Syrorum respondet quoad potestatem, & vim *Kametz* & *Pathach* Hebræorum, secunda *Tzere*, & *Sagol*, tertia *ChireK* utrique, quarta *Cholem*, & *Kametz Chatuph*, quinta *SureK*, & *Kibbutz*.

Re-

Tres litteræ sunt quiescentes, hoc est, interdum quoad pronunciationem otiosæ sunt, scilicet ܐܘܝ. Etenim ܐ quiescit cum plerisque vocalibus, ܘ cum ܽ, vel ܳ, ܝ cum ܺ, vel ܶ.

Diligenter etiam notandum est, quod accedente littera aliqua servili ad vocem ab *Olaph* inchoatam, tunc *Olaph* transfert suam vocalem ad litteram servilem, ut ܒܐܪܥܐ *bàrho* in terra, pro ܒܐܪܥܐ *beàrho*.

Ut apud Hebræos, sic etiam apud Syros per litteras numerus significatur. Excipe tamen numerum 15, quem Hebræi ob quamdam superstitionem exprimunt per טו, Syri per litteras ܝܗ denotant. Ideo autem Hebræi utuntur טו ad denotandum numerum 15, quia apud ipsos יה per abbreviaturam significat nomen Dei שם המפורש Sacrosanctum יהוה, cujus vera pronunciatio penitus periit post vastatum, & deletum Templum. De recta Nominis יהוה pronunciatione vide Quæstionem primam ex meis Quæstionibus ad Sacram Scripturam spectantibus editis typis Seminarii Patavini anno 1725.

Duplex ܟ, scilicet initiale, & finale significat numerum 20, & duplex ܢ 50; cum autem numerus crescit, littera finalis tollitur, ut ܟܐ 21, ܢܐ 51.

Litteris denarios indicantibus super scribe punctum, & habebis centenarios, ut ܝ sine puncto denotat 10, puncto autem hoc modo ܝ̇ super scripto, significat 100.

Millenarii exprimuntur per novem primas Alphabeti litteras lineola infra eas dexteram versus ducta, ut ܐ 1000. ܒ 2000; myriades quoque, sed lineola jacente hoc pacto ܐ 10000. ܒ 20000.

ܓܙܚܛܣܥܦܨܩܪ, & in totidem Serviles, a serviendo sic dictas, scilicet ܐܬܝܘܢܒܟܠܡܕܗܫ. Inserviunt enim accidentibus Radicis formandis.

Apud Syros littera ܫ Radicalis est, & ܕ Servilis, quod contrario modo in Lingua Hebræa contingit.

Litteræ finales, seu quæ in fine dictionum aliter scribuntur, sunt quinque ܟ, ܟ, ܢ vel ܢ, ܦ, ܦ.

Omnes Syrorum litteræ juxta quinque organa, quibus pronunciantur, dividuntur in quinque classes, quemadmodum apud Hebræos, & Chaldæos, videlicet in Gutturales, Labiales, Linguales, Palatinas, & Dentales, sic dictas, quia per guttur, labia, linguam, palatum, & dentes præcipue efferuntur.

Ad rectam scriptionis rationem notandum, ܐ initio dictionis præpositum ܠ ita pingi ܠܐ, postpositum autem plerumque hoc pacto scribi ܠܐ: duo autem *Lomadh* in fine ita connecti ܠܠ.

Quod vero attinet ad pronunciationem, *Olaph*, & *Judh* nonnunquam aliter pronunciantur, quam scribuntur: & quidem ܐ præcedente, vel sequente alio ܐ, pronunciatur ut *Judh*, v. gr. ܐܐܪ *ojar* aer. Id perpetuo fit in Participio Benoni Verborum Quiescentium media *Vau*, ut ܩܐܡ *Kojem* stans. Littera vero *Judh* in initio dictionis notata vocali ܼ non pronunciatur, ut *I* consonans, sed quoad pronunciationem non auditur, ut ܝܠܦ *ileph*, non *jileph* didicit. Hinc ante tale *Judh* ponitur interdum *Olaph*, ut ܐܝܕܐ *idho* pro ܝܕܐ manus.

Tres

	In fine dictionis.		*Extra finem dictionis.*		
Tzode	ܨ	ܨ	ܨ	ܨ	90
Koph	ܩ	ܩ	ܩ	ܩ	100
Risch	ܪ	ܪ	ܪ	ܪ	200
Schin	ܫ	ܫ	ܫ	ܫ	300
Tau.	ܬ	ܬ	ܬ	ܬ	400

Animadverte, Syros carere littera שׂ insignita puncto ad sinistram, cum etiam apud Hebræos partim ex prava prolatione litteræ שׁ nata sit, partim pro ס posita.

Hæ sunt Syrorum litteræ usitatiores. Habent & alias litteras usurpatas plerumque tantummodo in titulis Librorum, & Capitum inscriptionibus, vel subscriptionibus, quarum figuram exhibent in Novi Testamenti Versione Syriaca Trostius, & Vvidmanstadius.

Cum inter Orientales Syri litteras connectant; ideo respectu scriptionis litteræ apud eos variant. Connectuntur autem omnes cum antecedentibus, & consequentibus, octo exceptis, quæ cum antecedentibus solummodo possunt connecti, scilicet ܬ ܪ ܨ ܘ ܗ ܙ ܕ ܐ.

Prima itaque columna est earum litterarum, quæ in principio, & in medio dictionum usurpantur post litteras, quæ cum sequentibus non connectuntur. Secunda columna exhibet litteras, quæ in medio adhibentur post litteras cum sequentibus ligabiles. In tertia columna sunt litteræ, quæ in fine adhibentur post litteras cum sequentibus ligabiles. In ultima denique sunt, quæ adhibentur post litteras cum sequentibus non ligabiles.

Hæ litteræ dividuntur in undecim Radicales, quæ ita appellantur, quia vocum radicem constituunt, & sunt

Alphabetum.

	In fine dictionis.		*Extra finem dictionis.*		
Olaph	ܐ	‍ܐ	‍ܐ‍	ܐ‍	1
Beth	ܒ	‍ܒ	‍ܒ‍	ܒ‍	2
Gomal	ܓ	‍ܓ	‍ܓ‍	ܓ‍	3
Dolath	ܕ	‍ܕ	‍ܕ‍	ܕ‍	4
He	ܗ	‍ܗ	‍ܗ‍	ܗ‍	5
Vau	ܘ	‍ܘ	‍ܘ‍	ܘ‍	6
Zain	ܙ	‍ܙ	‍ܙ‍	ܙ‍	7
Hheth	ܚ	‍ܚ	‍ܚ‍	ܚ‍	8
Teth	ܛ	‍ܛ	‍ܛ‍	ܛ‍	9
Judh	ܝ	‍ܝ	‍ܝ‍	ܝ‍	10
Coph	ܟ	‍ܟ	‍ܟ‍	ܟ‍	*
Lomadh	ܠ	‍ܠ	‍ܠ‍	ܠ‍	30
Mim	ܡ	‍ܡ	‍ܡ‍	ܡ‍	40
Nun	ܢ	‍ܢ	‍ܢ‍	ܢ‍	*
Semkat	ܣ	‍ܣ	‍ܣ‍	ܣ‍	60
Ae	ܥ	‍ܥ	‍ܥ‍	ܥ‍	70
Pe	ܦ	‍ܦ	‍ܦ‍	ܦ‍	80
Tzode					



ANTONII ZANOLINI

GRAMMATICA

Linguæ Syriacæ Inſtitutio.

CAPUT I.

De Litteris.



Yrorum litteræ ſunt viginti duæ, ut apud Hebræos; poteſtate cum litteris Hebraicis conveniunt, nominibus parum ab iis differunt, multum vero figura. Hodie ob defectum characterum Syriacorum Alphabetum Syriacum litteris Hebraicis ut plurimum extra Italiam imprimi ſolet. Id profecto adhuc in cauſſa fuit, cur hujus Linguæ ſtudium minus cultum fuerit, & Verſio Syriaca Novi Teſtamenti, aliique libri Sacri non Syriacis Syriacæ Linguæ propriis, ſed Hebraicis characteribus multis in locis editi reperiantur. Ex hac autem characterum commixtione quænam detrimenta in Chriſtianam Rempublicam ad hanc diem emanarint, me tacente, ii optime norunt, qui peculiari quodam Dei Optimi Maximi beneficio Linguarum Orientalium cognitionem ſunt aſſecuti.

Regina Regnum Candaciam pro arbitrio ſine populi ſuffragio conſtitueret, & legentibus omnino turpiter obtruderet? Nimirum valeat licet ingenio Sacrarum Scripturarum Interpres, judicio, & induſtria plurimum poſſit; nihilominus ſine Linguarum adminiculo a vero Sacrarum Litterarum ſenſu longe aberrabit, multoſque ſcopulos, ac difficultates legentibus paſſim objiciet. Quod quidem Summi Romanæ Eccleſiæ Pontifices, & Concilia animo reputantes ſanctiſſime decreverunt, ut in Collegiis, & Academiis quibuslibet publici eſſent Linguarum Hebraicæ, Græcæ, Arabicæ, aliarumque Orientalium Profeſſores, magnaque præmia, & honores propoſuerunt, quibus diſcentium animi ad hujuſmodi ſtudium excitarentur. Neque vero quiſquam reponat, omnem ferme Orientalium eruditionem nunc temporis in Latinam Linguam translatam eſſe, ideoque in exoticis Linguis addiſcendis gratis operam, & ſtudium collocari. Præterquamquod enim miſerum eſt alienis pedibus ingredi, alienis auribus audire, alienis oculis videre potius, quam propriis; eſt in Linguis ipſis, quibus primum artes, & ſcientiæ exaratæ ſunt, eximium quiddam, & ſingulare, quod nulla ratione in Latinum ſermonem converti poteſt. Hinc Divus Hieronymus ad Pammachium: difficile eſt alienas litteras inſequentem non alicubi excidere, ut, quæ in alia lingua bene dicta ſunt, eumdem decorem in translatione ſervent. *Divus vero Chryſoſtomus Homilia* 17. *in Matthæum de Textu Hebraico hæc habet:* neſcio quid Divinæ

fra-

AD LECTOREM.



Irandum profecto, aut potius dolendum est, ex omni memoria ætatum, temporum, civitatum inveniri tam paucos, qui in Linguarum Orientalium studio tantam operam collocaverint, quantam & earum dignitas, & Catholicæ Religionis utilitas postularet. Nam si Origenem, Epiphanium, Divum Hieronymum, qui primis Ecclesiæ sæculis floruerunt; si Nicolaum Lyranum, & Paulum Burgensem, quorum alter sæculo decimo tertio vixit, alter sæculo decimo quarto; si denique nonnullos alios industrios homines excipiamus; Historiarum monumenta neminem nobis tradunt, qui in excolendis istiusmodi Linguis magnopere elaborarit. Hinc cum homines destituti hoc præsidio Sacrum Codicem in proprium usum describerent, sensumque ex eo elicitum publice exponerent; quæ monstra, bone Deus, quæ portenta, quam absurdas allegorias, quam ridiculas, longeque petitas interpretationes in eum invexerunt! Quis crederet, nisi manifeste pateret, eo cujusdam Interpretis crassam inscitiam, ne dicam impudentem audaciam, ac temeritatem delapsam esse, ut Actorum Cap. 8. v. 27. ex Muliere Regionem, ex Regina Regnum, videlicet ex Candace Re-

1647.) *sed quis umquam ea uti possit, qui Linguam Syriacam cum matris lacte non didicerit? Tota enim Syriaca est, suæque gentis hominibus tantummodo accommodata, reliquis vero prorsus inutilis. Itaque me fecisse operæ pretium puto, quod Latino sermone nonnulla præcepta tradere conatus sim, quæ cum Syriacis commixta adolescentibus nostris inserviant, eosque in Hebraicis mediocriter versatos paulatim ad intelligendos etiam proprio Marte libros Syriacos deducant. Quod si tenues has lucubrationes meas tibi gratas esse intellexero; alia fortasse majora ad tuum commodum propediem in apricum proferam, neque ulli labori parcam, ut tuum laborem imminuam, facilioremque tibi viam aperiam ad Spiritus Sancti mentem per Linguas assequendam.*

Vive: vale: si quid novisti rectius istis,
Candidus imperti: si non, his utere mecum.



AN-

fragrantiæ, nescio quid spirat genuinum, ac suum, quod si in alias Linguas transferas, vim suam, & nitorem amittit. *Est enim stylus Sacrarum Litterarum pedestris, & simplex, orationis genus modo emphaticum, modo paragogicum, modo ellipticum; dicendi ratio modo metaphorica, modo ambigua, modo varias, ac multiplices interpretationes admittens, modo mysteria continens, ut mirum non sit, hæc omnia ad Græci, vel Latini sermonis normam composita nativam suam emphasim, & significationem amittere. Quis itaque non videt, cuilibet Sacrarum Litterarum Interpreti ad Fontem Hebraicum, cæterasque Orientis Linguas alacriter properandum esse, ut omnimodam inde, & perfectam Divinarum Litterarum, mysteriorumque cognitionem hauriat, quas laudare pro dignitate nemo satis possit, cum in illis ipsissima Spiritus Sancti effata contineantur, veraque sapientia ex iisdem in humanum genus abunde, atque adeo effuse profluxerit? Quamobrem ut juventus in Linguis Orientalibus instituenda mihi concredita habeat, unde possit Linguæ Syriacæ cognitionem assequi, placuit præter Lexicon Syriacum nuper a me publici juris factum Grammaticam Institutionem adjicere, nihilque omittere, quod ejus Linguæ amantes juvare possit. Equidem non ignoro, Grammaticam Linguæ Syriacæ jussu Cardinalium Sacræ Congregationis de Propaganda Fide a Patriarcha Antiocheno e Libano Josepho Acurensi compositam fuisse, & ejusdem Congregationis typis editam anno*

1647.,

ob oculos parentum , nuſquam minori ſumptu alantur , quam domi ? Quas igitur gratias TIBI propterea Vicentini Cives non habeant , cum per TE eorum liberi educentur in patrio ſolo , minimoque incommodo ad vitam civilem , optimiſque moribus , & doctrinis excultam a probatiſſimis Præceptoribus aliunde a TE propoſito præmio accitis inſtruantur, quorum fama commoti multi a finitimis oppidis Vicentiam alliciuntur, fitque , ut ſicuti antea Vicentini Cives alio migrare ſtudiorum cauſſa cogebantur , ita nunc externi cum ſumma TUA , Vicentinæque Civitatis gloria in Seminarium Vicentinum confluant . Ob quam quidem gloriam, ac laudem TUAM aliquo quodammodo jure TIBI gratulamur nos ipſi , quibus contigit habere TE nuper in Eccleſia noſtra PATAVINA ARCHIPRESBYTERUM probitate , ſcientia , prudentia , aliiſque virtutibus non ſolum inſtructum , ſed etiam abunde cumulatum , omnino iis


VI-

certationes instituisti, quibus totius Seminarii adolescentes intersint, laboris, & industriæ suæ specimen præbeant, sibique invicem æmulantes difficultates, & salebras primas litterarum vincant, & umbratili in pugna eas vires exerceant, quas aliquando in majoribus certaminibus ad universæ Provinciæ TUÆ emolumentum ostendant. Hæ vero privatæ exercitationes quemnam fructum, & emolumentum afferant quis non videt, cum non solum, qui in arenam descendit, auditorum frequentiæ assuescat, animosque ex eorum favore sumat, sed etiam multa a multis admoneatur, quasique ex consilii sententia statuat, cum ex vultu, oculis, nutu, murmure, silentio clare intelligat, quid quisque sentiat, quidque optimum dictu, factuque sit? Pueros autem in Patria sua litteris operam dare posse quis non maximum Civitatis commodum arbitretur, cum nusquam jucundius, quam in Patria morentur, nusquam in officio melius contineantur, quam

ob

accedat, & nihil poſſit in poſterum ad illius lectiſſimæ Muſarum ſedis ſplendorem, & dignitatem deſiderari. Vale:

Ex Seminario Patavino Idibus Auguſti MDCCXLII.



AD

VIRIS SAPIENTISSIMIS, GRAVISSIMIS, ac PROBATISSIMIS parem, ex quorum COLLEGIO multi semper ad summas quasque ECCLESIÆ dignitates evecti sunt; conjunctum vero arctissimo necessitudinis, ac familiaritatis vinculo cum SANCTE VERONESIO PRÆSTANTISSIMO VICARIO nostro eo ingenio, iis moribus prædito, ex quibus intelligere facile quilibet posset, quid etiam tum de TE prædicari oporteret, cum illud sit verissimum,

* Τοιοῦτός ἐστιν ἕκαστος, οἷσπερ ἥδεται ξυνῶν.

Interim, ut pro summa TUA humanitate Libellum hunc benevole excipias, & foveas, oro; quod eo facilius me impetraturum confido, quo clarioribus indiciis fama ad nos detulit, TE de hoc quoque Litterarum genere in Seminarium TUUM inducendo cogitare, ut ad cæteras artes, ac disciplinas a TE eodem invectas cumulus tandem per Orientales Linguas

ac-

* *Talis est quisque, qualium conversatione utitur.* Ex Euripidis Phœnice.

ptimo fit, ut ejus virtus bonorum omnium animos capiat, & non solum apud Cives suos, sed apud externos etiam in magno honore, ac reverentia habeatur. Itaque non est, cur quisquam miretur, me Seminarii Patavini alumnum ad TE Vicentinæ Diœceseos EPISCOPUM ex alto, illustrique dignitatis TUÆ fastigio egregiam dotium TUARUM famam proferentem accedere, & cum TUIS Civibus conjunctum obsequium, & cultum præstare tenui hoc, & exili opere oblato, quod a TE benevole exceptum, probatumque, ac tutelæ commissum TUÆ præsidium, & ornamentum accipiat. Equidem quoties honorificentissimas, justissimasque de TE hominum cujuscumque ordinis prædicationes intelligo, toties DIVINO NUMINI gratias immortales habendas esse, Christianæque Reipublicæ magnopere gratulandum existimo habenti in TE, quod expetendum in quolibet EPISCOPO maxime est, Virum rara quadam, &

exi-

ILLUSTRISS. AC REVERENDISS.

ANTONIO MARINO
PRIOLO

EPISCOPO VICENTINO,

Duci, Marchioni, Comiti, & Prælato Pontificii Solii Aſſiſtenti &c.

ANTONIUS ZANOLINI

FELICITATEM.



UM ſummum, ac principem in Civitate locum, & auctoritatem EPISCOPUS teneat, ejuſque cervicibus majora munera, onera graviora impoſita difficillimam Epiſcopalem provinciam, atque adminiſtrationem reddant, jure profecto o-

TUAM experiri, prudentiam admirari, probitatem, vitæque innocentiam ſuſpicere, TUAM denique tantam cum in omnium commodis, tum præcipue in Juventutis utilitatibus procurandis ſollicitudinem intueri. Qualis eſt, PRÆSUL AMPLISSIME, illorum ſenſus, cum TE ad Seminarium TUUM ſingulis fere diebus accedentem vident, nullaque caloris, nulla frigoris, nulla cæterarum temporis injuriarum ratione habita, litterariis exercitationibus incredibili pœne dixerim patientia intereſſe audiunt, ut TUUM promovendarum litterarum vehementiſſimum ſtudium expleas, & adoleſcentibus præſentia TUA animos addas, minime ignorans, maximam primæ ætatis curam, rationemque habendam eſſe, cum ipſa veſtibulum quodammodo vitæ ſit, totamque annorum conſequentium quaſi formam, imaginemque præ ſe ferat. TU certis, definitiſque hebdomadæ diebus intra domeſticos parietes quaſdam litterarias concer-

cer-

eximia prudentia præditum, miro ingenii acumine pollentem, acerrimo judicio insignem, omnino eum, cui bene concreditam Gregis sui partem CLEMENS XII. PONTIFEX MAXIMUS semel, atque iterum profiteri non dubitarit. Cujus quidem gravissimæ expectationi affatim respondisti, ubi primum licuit ECCLESIÆ TIBI commissæ clavum suscipere, & quæ intra domesticos parietes studio, & exercitatione comparaveras, ad publicam utilitatem, & emolumentum in hominum aspectum, lucemque proferre. Itaque statim emicuit summa TUA vigilantia & sedulitas in EPISCOPALI munere obeundo, qua effecisti, ut Ecclesiastica disciplina, morumque honestas in tota TUA Dioecesi vigeret, Religionis, ac pietatis ardor cresceret, litterarumque studium mirifice excitaretur. O ter, quaterque propterea beatos Vicentinos Cives, quibus præcipuo quodam Dei beneficio datur tali, tantoque EPISCOPO coram frui, vigilantiam, ac solertiam



ܓܪܡܛܝܩܝ ܐܘ ܚܘܝܐ ܠܘܪܐ ܡܫܡܠܝܐ

ܕܠܫܢܐ ܣܘܪܝܝܐ ܕܥܒܕ

ܐܢܛܘܢܝܘܣ ܙܢܘܠܝܢܝ.

GRAMMATICA

LINGUÆ SYRIACÆ INSTITUTIO

A U C T O R E

ANTONIO ZANOLINI

J. U. D. & in Seminario Patavino
Linguarum Orientalium Lectore.

AD USUM EJUSDEM SEMINARII.



PATAVII, Typis Seminarii. MDCCXLII.
Apud Joannem Manfrè.
SUPERIORUM PERMISSU.

ܘܡܫܐܠ ܐܢܘܢ ܗܘܐ Mar. 8.5.

ܘܡܫܐܠܝܢ ܗܘܘ 8.11

ܡܫܐܠ ܗܘܐ 8.27

ܫܪܝܢ ܐܝܬܘܗܝ 11. 2

ܐܫܐܠ 11. 29

ܡܫܐܠܝܢ 10. 2

ܩܪܒܝܢ ܗܘܘ 10 13